

„verò ille est? inquit: Nimirum
 „ ipsa quæ paralytica jacet in domo & ma-
 „ le torquetur. Ipsa est enim in cuius nos
 „ pridem deputasti obsequium, (si non ig-
 „ noras) ad obediendum utique concupif-
 „ centiis eius. Expalluit miser ad hanc vo-
 „ cem, & confusus obmutuit, anxiebatur
 „ enim in eo spiritus eius. Ac membra qui-
 „ dem ad suam illam infoelicissimam Do-
 „ minam incunctanter accedunt, ut adver-
 „ sus Dominum crudeliter interpellent,
 „ & imperia duriora causentur. Plangit
 „ gula, parsimoniam sibi modum adhibitum,
 „ oculus queritur indictas lacrymas, petu-
 „ lantiam interdictam. Quibus hæc & si-
 „ milia prosequentibus, excitata & vehe-
 „ menter exacerbata voluntas; Somnium
 „ ne est inquit an fabula quod narratis?
 „ Tum verò oportunum suæ tempus nata
 „ querimoniam lingua, omninò ait, sic est
 „ ut audistis, nam & ego à fabulis & men-
 „ daciis iussa sum reticere, & nihil dein-
 „ ceps nisi ferium, imò & penitus necessa-
 „ rium loqui. Exilit igitur vetula furens,
 „ & totius oblita languoris, comis proce-
 „ dit horrentibus &c. Quomodo, verò ea
 „ g com,